



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

DXXXIII. Der Dechant Mathäus Moring genehmigt die aus dem Testament Levin's Brunow erfolgte Stiftung eines neuen geistlichen Lehnes bei dem Dreifaltigkeits-Altar in der Marienkirche zu Stendal, am 3. ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

stettet haben, vnd Im auch mit seinen Gefellen vnd andern seinen Verwandten vnfern Schutz vnd Schirm gleich andern vnfern Dienern gegeben; Demnach begeru wir auch von Euch bevehlend, Ihr wollet gnanten Georgen Fügen mit allen dem seinen auf der Müntz vnd sunst von vnfertwegen als annder vnser Hofgesind, Dienere vnd Verwandten, Inn allen billichen vnd redlichen sachen schützen, hannthaben vnd vertedingen. Daran thut Ihr vnser Meinung vnd guts gefallen, mit Gnaden zuerkennen. Datum Coln an der Sprew, am Mitwochen nach Conuersionis Pauli, anno Decimo.

Nach Beckmann's Beschreibung a. a. D. Sp. 168, 169.

DXXXIII. Der Dechant Mathäus Moring genehmigt die aus dem Testament Levin's Brunow erfolgte Stiftung eines neuen geistlichen Lehnes bei dem Dreifaltigkeits-Altar in der Marienkirche zu Stendal, am 3. Mai 1510.

Matheus Moringk, decretorum doctor, decanus, Et Capitulum ecclesie sancti Nicolaj Stendaliensis, Romane ecclesie sine medio subiecte, — Cum — honorabilis vir dominus petrus demecker, vicarius ecclesie sancti Jacobi, et prouidus hans Schonhufen, Incola stendaliensis, Executores ultiue voluntatis quondam Liuinj Brunow, etiam incole dum viueret Stendaliensis, volentes ultimam voluntatem et desiderium dicti liuinj ipsis commissam diligenter exequi et ad executionem procedere, quendam ordinacionem fecerunt, prout et quemadmodum in quadam papiri cedula nobis exhibita latius continetur, cuius tenor sequitur et est talis: Cum quondam Livinus Brunow, opidanus seu incola stendaliensis — zelo deuotionis accensus, cupiens pro salute anime sue, Anne quondam vxoris sue suorumque parentum, fratrum et fororum, amicorum et consanguineorum omniumque cristifidelium terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio commutari, disposuit ac nobis fideliter commisit, quatenus perpetuum beneficium in honorem beatissime virginis Marie, sanctorum petri, Andree, Johannis, Thome apostolorum, liuini martiris, katherine et dorothee virginum ac martyrum, Ad altare Sancte Trinitatis et Assumptionis beate Marie Stendaliensis, ad quod est vna perpetua Capellania sub inuocatione beate Marie et quod iam dudum consecratum et pro certis aliis presbyteris inibi beneficiatis officium horarum beate Marie singulis diebus cantantibus deputatum existit, pro vno sacerdote seu clerico infra annum ad sacerdotium promouendo, qui singulis diebus cum dictis presbyteris officium Beate Marie cantans et alternis septimanis, cum ordo eum tetigerit, missam cum aliis beneficiatis predictis observare, aliis vero septimanis, quibus eundem ordo cantandi missam non tetigerit, singulis septimanis ad minus tres missas, vnam in honorem beate Marie cum collecta de eius Conceptione, Secundam vero de tempore cum collecta pro defunctis, Terciam pro defunctis legere ac pro animabus fundatoris, Anne sue uxoris suorumque parentum, amicorum et consanguineorum omniumque Cristifidelium, qui in hanc rem suam operam, opem et pias manus contulerunt, deuote exorare deberet, erigi, fundari, dotari ius patronatus filio suo legitimo Liuino Brunow et post eius obitum filiis et filiabus ac liberis eius vtriusque sexus usque ad quartam generationem, Ita tamen, quod existente masculo siue masculis ille seu eorum senior, Alioquin antiquior inter feminas, ad idem beneficium, cum vacauerit, personam

idoneam presentabit, Et illis de medio sublatis illius presentationem, collationem respectiue ad decanum et Capitulum ecclesie sancti Nicolai Stendaliensis et prouidos et circumspectos proconsules et Consulatam Stendaliensem alternatis vicibus concedi et referuari curaremus, Hasque et alia prout idem quondam liuinus nobis oretenus comiserat. Quocirca ultimam voluntatem et desiderium prefati liuini brunow ad debitam executionem perducere illamque exequi volentes, perpetuam vicariam ad dictum Altare sancte Trinitatis et Assumptionis beate Marie, situm in nostra ecclesia beate Marie, ad quod, ut premititur, est vna perpetua Capellania, sub inuocatione beate Marie in honorem Beatissime Marie virginis, sanctorum Petri, Andree, Iohannis, Thome Apostolorum, liuini martiris, katharine et dorothee virginum ac martirum, fundare, erigere et dotare volentes, prout fundamus, erigimus et dotamus, Illique census et pecuniarum summas infra scriptas, inprimis decem florenos renenses annui census apud dictum consulatam Stendaliensem pro ducentis florenis comparatos, item vnam marcam tringinta duos solidos de et super curia petri bomgarden in Nigra silua pro sexaginta florenis renensibus summe capitalis a petro schotteler comparatos; Item quatuor florenos de et ex dicta curia petri bomgarden in Nigra silua pro viginti septem marcis summe capitalis a dicto peter schotteler comparatos; Vnam marcam de et ex domo Arndt Iwertfeger opidani Stendaliensis apud domum Clawes Zedeler in oppposito Cimiterii ecclesie beate Marie Stendaliensis situata pro viginti marcis summe capitalis comparatos, Et nonaginta florenos renenses summe capitalis apud testamentarios existentes, quibus promiserunt quantocius emere redditus; item nouem fertones Anni census de et ex curia Baltazaris de runttorpe in Iden pro triginta vnum cum media marca summe capitalis comparatos, Et vnam marcam annui census de et ex curia eius pertinentiis Mathye de Runttorpe etiam in Iden pro triginta florenis summe capitalis, qui tamen nouem fertones et vna marca in Iden multis proxime preteritis annis non sunt soluti et curia balthazaris de runttorpe est deserta, iuxta tenorem literarum desuper respectiue confectarum comparatos in dotem assignamus et appropriamus, Littere prefatorum reddituum seu summarum capitalium sub fidei custodia apud decanum et Capitulum reponantur, Et si redimantur eorum pecunie, in locum quoad rursus fient reddituabiles reponantur. Huius vicarie patronus erit liuinus Brunow, filius quondam liuini Brunow fundatoris, et post illius obitum filii et filie ac liberi, sui vtriusque sexus usque ad quartam generationem, ita tamen quod existente masculo seu masculis ille seu eorum senior, Alioquin antiquior inter feminas, ad dictum beneficium presentabit personam idoneam. Quibus quidem filiis et liberis in domino vita functis illisque et eorum generationibus usque ad quartam generationem extinctis, Decanus et Capitulum dicte ecclesie prima vice Et deinde circumspetti proconsules, Consules et Consulatam Stendaliensis semper alternatis vicibus ad ipsam presentabunt seu respectiue conferent actu sacerdoti seu clerico abili et idoneo Eaque etate constituto, quod infra annum ad sacerdotium promoueri possit. Huius vicarie pro tempore possessor in dicta capella beate marie cum aliis presbiteris inibi beneficiatis officium horarum beate Marie matutinarum primas, tercias, sextas, Nonas missam, vespervas et completorium, sicut ceteri, cantare et alternis septimanis ex ordine cum dictis presbiteris missam obseruare, Aliis vero et singulis septimanis, quibus ordo cantandi missam eum non tetigerit, ad minus tres missas primam in honorem beate Marie cum collecta de conceptione eiusdem, ac cum collecta pro defunctis\*), Terciam pro defunctis ac pro animabus fundatoris, Anne quondam eius vxoris suorumque parentum, amicorum et consanguineorum omniumque Cristi fidelium, qui operam, opem pyalque manus ad hanc

\*) Die hier offenbar stattfindende Ausfassung der secunda missa fällt dem Concipienten des Originals zur Last.

rem contulerunt denote legere et recitare ac personaliter residere decano pro tempore Stendaliensi sicut ceteri vicarii subesse et obedire debeat. Eiusdemque vicarie primus possessor erit Magister Nicolaus Wistock, clericus halberstadenensis diocesis, qui et ille, cum quo forsan permutauerit, ut infra annum ad sacerdotium promoueat se seu personaliter in dicta vicaria resideant, non vrgebuntur sed sufficet, ut eidem vicarie per se uel per alios modo predicto inseruiatur, Ipso tamen Magistro Nicolao illoque, cum quo eundem forsan permutari contingerit, ad duas tantummodo missas, cum ordo cantandi missam eos non tetigerit, tantum oneratis. Ceteri vero successores se huic fundationi per omnia conformabunt. Oblationes, que in dicto altari conferri contingerit plebano pro tempore ecclesie beate marie vicarius seu possessor secundum consuetudinem ecclesie fideliter presentabit ac dictis dominis decano et Capitulo septem cum medio solidos supra philippi et Jacobi et totidem super martini festiuitatibus singulis annis loco consolacionis, Item prouisoribus seu vicariis dicte ecclesie beate Marie pro vino, pane, carbonibus, candelis quinque solidos singulis annis perfoluet seque statutis et consuetudinibus dictorum beneficiatorum in capella, quoad diuina et ad alia ad laudem dei instituta et instituenda conformabit. Quam quidem ordinationem — Nos ultime voluntatis executores predicti vobis venerabilibus viris dominis decano et capitulo predictis offerimus — humiliter supplicantes, quatenus hanc nostram ordinationem et fundationem ac in ea contenta auctoritate vestra ordinaria confirmare et approbare et vicarie predictae huiusmodi annuos redditus superiores expressos vnacum dictis summis capitalibus in euentum reemtionis perpetuo appropriare et vnire, dicto liuino brunow quoad vixerit et post illius obitum filiis et filiabus ac liberis suis vtriusque sexus usque ad quartam generationem, Ita tamen, quod existente masculino seu masculis ille seu eorum senior, alioquin antiquior inter feminas, ad dictum beneficium, cum vacauerit, personam idoneam presentabit, quibus usque in quartam generationem extinctis et in domino vita functis, vobis venerabilibus viris dominis Decano et Capitulo prima vice deinde circumspectis proconsulibus et Consulatu Stendaliensi secunda vice et sic semper alternatis viribus referuare dignaremur, premium et remunerationem ab altissimo pro eo accepturi. Nos igitur Matheus moringk, decanus, et capitulum predictum — eandem — vicariam modo et forma preinsertis confirmauimus et approbauimus, Confirmamus et approbamus per presentes etc. — Datum et actum Stendall in loco nostro Capitulari, Sub Anno domini Millesimo quingentesimo decimo, indictione decimatercia, die vero veneris, Tercia mensis May, Pontificatus Sanctissimi in Cristo patris et domini nostri domini Julii diuina prouidencia pape Secundi Anno . . . . .

Nach dem Originale im Pfarrarchiue der Marienkirche No. 60.

DXXXIV. Hans von Görne verkauft den Vicarien der Marienkirche zu Stendal zu ihrer Brodmesse eine Rente von seinem Hofe in Niedergörne, am 15. Juni 1510.

Ick Hans van gorne, to nedder gorne wanhaftigen, Bekenne —, dat ick — vorkope — dhen Erhaftigen heren vicarien vnde ghemeyne presteren nu tor tyd in der kerken to vnser liuen vrowen to Stendall vnde alle ore nakamen to der ewichen brotmessen Soffentwintich Stendelsche schillinge vnde vir penninghe jarliker rente auer mynen hoff, huuen, wische, holte met